

Ebrius Aonio prælibans pocula Falerno,
 Differis egregiâ Sobrietate, Sophis,
 Cui cyatho quatienda doces hederacea thyrsus
 Hastula, cui vireant lilia mixta rosis:
 Thrëitiâ Sophies ne certet amyrtide Adonis,
 Cum semper vitiiis atra tropæa cadant,
 Quem nobis potum legis hîc, Tibi vena perennis,
 Flumina derivans grata favoris, eat.
 Nectareis hydrias passus dulcescere vinis,
 Vivida lætitiæ vernet oliva tuæ.
 Instar populei crescat tua gloria rami,
 Quem recreant rivi lenè fluentis aquæ.
 Se DEUS exhibeat cum Mæcenate Patronum,
 Et faveat studiis gratia dia tuis!

*Amico non obscuro gratulab.
 deproper.*

CHRIST. WILH. Schneier.

